



De Abbasinis siue Indianis et eorum ceremoniis
Prosolimis quoque hysce typibus habitant viri non pauci. qui Abbasini alio vero nomine Indiani ab india puincia vocantur. de dominio et subditione potentissimi regis. quem presbiterum Iohannem appellant. qui quidem maximus atque serenissimus rex cum omni populo suo se christianum profitetur. Hic per beatum Thomam apostolum ad christi fidem ab initio leguntur conversi. Ipse quoque modernus rex. currite dominice incarnationis Anno. M. cccc. lxxvij. per ambasciatam suam romano pontifici Sixto quarto obedientiam fecit. et nostris moribus atque statutis humiliter petiit informari. Isti abbasini siue indiani omnes sunt nigri instar ethiopum et multum ze- losi feruientesque ad visitandum loca sancta. Deuote et prolixo orant. officia diuina more suo perficiunt reuerenter. Amant paupertatem. in multa inopia et rerum penuria vitam agentes. etiam si multum habundent. lineis et coloratis viuntur indumentis. circumligantes capita sua tam viri quam mulieres lineis pepulis blauij coloris. Nudisque pedibus discalciati incedunt etc. Et quod ista faciant et obseruent. tamen procho dolor a certis prauis erroribus non sunt alieni neque immunes. Nam circumcisionem carnalem seruant more sarrace- norum et iacobitarum puulos suos circumcidentes. non attendentes miseri quod apostolus minatur. Si circumcidimini inquit. christus vobis nichil proderit. Adiuunt quoque infantes suos in frontibus ferro calamo. in modum crucis Alij in genis. alij super nasum. plerique in omnibus his locis. credentes eos per huiusmodi adustionem ab originali peccato mundari. Cumque ego miseris copatiens quod alias satis boni homines videntur. per interpretem inquirerem. cur hec facerent quod omnino romane ecclesie essent aduersa. cui se nup. missa obedientia sua subiecissent. Responderunt (ut verum fatear) se circumcisionem neminem accipere nisi sacramentum necessitatis. sed ob reuerentiam christi qui et ipse fuit circumcissus. Adustionem vero obseruare pro eo quod scriptum esset et dictum per iohannem baptista de christo Ipse vos baptizabit in spiritu sancto et igne. Sed informati a nobis. dicebant de cetero se velle his premissis baptismum in aqua suscipere secundum ecclesie romane morem. Sed non solum in isto sed in alijs multis aberrant. Nam in sermone conficiunt instar grecorum. sub utraque specie sacramentum conferunt paruulis et adultis. et illos per simplices sacerdotes faciunt confirmari adhuc infantes. In officio missarum quo sanctam habent singulares. Studiose ad missam conueniunt laici eorum. presertim in solenni- tatibus. et tunc omnes utriusque sexus incipiunt altis vocibus concupantes in-

bilare. saltare pedibus. plaudere manibus. cōglobantes se in circulis.
 ibi sex vel septē ibi nouē vel decē. et interdū p totas noctes sic cātāt. po-
 tiſſimū in nocte dñice resurrectionis. qua nō cessant canere donec illuz
 cessat. et nō nulli hec adeo seruēter faciūt et deuote q interdū debiles ex
 hoc reddūtur. Isti etiā abbasini siue indiani. licet linguā sciāt sarrace-
 nicā et ea dū libet vrātur. habent tamē qdā nichilomin⁹ propriū ydio-
 ma et alphabētū. p. lviij. lras cōtines. q hic infra suis figuris sūt formate

α	le	phū	Beth	Ther	Ga	me	Lie	zah	Le	zhu	lze	vun
h	Δ	ς	Ω	†	γ	Ϸ	Δ	Σ	Λ	π	υ	φ
nou	za	ju	he	thū	the	thū	jo	du	ea	phū	la	me
Θ	H	Ϸ	h	†	mb	†	g	ς	h	ς	Λ	Ϸ
du	do	nun	Sady	Mun	the	thū	me	Mun	e	pfe	zah	de
g	q	z	h	φ	h	†	Ϸ	∞	g	Δ	h	Ϸ
co	ff	ke	Su	Saly	Nun	thū	vwo					
φ	φ	lo	h	h	h	†	ω					

De Maronitis et eorū reditu ab olim ad ecclesiā romanā.
 Abitat etiā gens quedā syrorū sub mōte libani in pūincia pſe-
 nicis non longe ab vrbe bibliensi. numerosa satis multitudine.
 ad pſia admodū edocta apta q arcibus et sagittis vrēs expedi-
 te. Hij maronite vocātūr a quodā magistro suo heretico nomine **Ma-**